

Duc me, nec sine me sine TE, DEUS OPTI-
ME, duci!

Nam duce me pereo; TE Duce saluus ero.

Sic felici omine,

Humanam Felicitatem

EX NEXU VE- RITATUM,

IN THEORIA, & PRAXI,

Expensam,

*GRADUALI breui Dissertatione, felicitatis
eius cupidis, siue, qui iidem sunt, rite
philosophantibus, examinandam, modeste
sistit,*

*Venia Amplissimi ad Auram Ord. Philos.
ac adstante favore*

Dn. Mag. JOH. HAAKTMAN,
Philos. Theor. iam del. Theol. Prof.
Reg. & Ord.

Mecenatis sui Optimi,

ad diem 7 *Maui* Anni MDCCCXXXV.
l. & h. c.

LAURENTIUS *WILHELMUS*, O-*Por.*

ABOÆ, Exc. Joh. Kianpe R. Ac. Typ.

Lynceus Abt. Trostberg

κεφαλαίωμα.

Job. XXVII. 12.


וַיִּשְׁבַּח הוֹדוֹתָי לַיהוָה כַּמִּשְׁכָּל
: בְּבֵן

Rom. I. 20.

Τὰ ἀόρατα τῶ θεῶ, ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς
ποιήμασι νοούμενα καθαρεύεται, ἢ το αἰδιῶ ἀν-
τι δύναμις καὶ θεϊότης.

Hinc ut Deus glorificandus, v. 21.

Et hinc vita, dierumque longitudo,
Deut. XXX, 20.



Bonæ eruditæque mentis ac oris
Lector.

Alt me amor suscepti negotiû
fallit, aut nullum unquam ar-
gumentû curatioris suavi dis-
quisitione dignius est, quam
h. c. de veritatibus in theoria & pra-
xi nexu. Miraris iudicium meum.
At paullo rem pressius examina. Non
enim industria morans habebit, quod
iudicii limam suppeditebit. Ecce h. c.
Tibi plus quam Dædalum filium. Hic
ad principiorum tanquam immotos
postes in limine si alligaueris, illiusq;
ductum fueris secutus, Te retinebit,
ne, tenebras palpando, in devia ac
precipitia rapiaris; sed regia propo-
siti

2
siti via incedas, certamq; rerum, &
indubitatam consequaris cognitionem.
Hoc doctrina semel adprehensum, con-
tra ac illud Parcarum, nunquā rumpe-
tur. Quocūque Te feras in artium sy-
stemata ducet ordine, ducet fideliter.
Omnis sine hoc filo in studiis peregrina-
tio miserabilis quedam erratio est.
E Schola umbra in theatrum vite pro-
deamus. Labyrinthum ego vitam
doco humanam. quipq; que plures se-
pe actionum, & molestiarum, habet
anfractus, quam Cretici illius Laby-
rinthi penetralia fuere. Sed dux, atq;
lux, in Labyrintho nexus veritatum
genuinus; cuius adminiculo in felici-
tatis portu, ex voto, semper religes
prymnesium. At vero quo progredior?
Veritatis genio accommodanda dictio
est, aliena iudicii falce ressecanda. Con-
feram igitur in pauca. Ad rite co-
gitandum & agendum, quibus
ex momentis vita humana pen-
det, tantum facultas connecten-
di

di veritates facit, ut sine ea nulla moralis perfectio, nulla solida detur felicitas. Atque eo satis sit, promulsiſſis loco, præclaro argumento prælibaſſe. Atat iuſtam eius expoſitionem qui poſſum Lectori erudite polliceri? Alieno enim ſeruienti arbitrio exigua oppido temporis particula relinquitur propriis rebus debito inuigilandi modo. Hinc rude, fateor, & indigeſtum eſt, quod adfero. Accedat tua, Lector, industria, meditatio, experientia; & intelleges, quod interiore cura condidit angulo. Scyllum meum aliquando non ſatis latium ut tibi excuſem, nequidquam eſt. Veritatem in philoſophicis ſectamur, non verborum ſemper exquisitum nitorem. Qui nec haberi poteſt, qualis ab Ariſtarchis ſuis, ſi Diis placet, exigitur, ubi plura iam de rebus dicimus, quam veteres Romani unquam cogitarunt.

Quanto illud in certo & extra
 dubitationis bilancem col-
 locare natura rerum, &
 compages, postulat, nihil sine ra-
 tione existere, aut fieri; tanto
 maioris est admirationis antiquis
 temporibus, tanto insolentius no-
 stris item inter eruditos fuisse,
 qui generalem hanc veritatem
 non negarunt modo, sed & tan-
 quam periculosam prorsus da-
 mnarunt. A plerisque tamen pri-
 scæ & veræ sapientiæ cognitam
 eam, & adplicatam fuisse, *Tulli-*
us, eloquentiæ illud nomen, le-
 quentibus ostendit; *nihil fieri sine*
causa potest; nec quidquam fieri, quod
fieri non potest. Postquam autem
 a nonnullis recentioribus, ad
 res sublimes discutiendas non na-
 tis, axioma hoc impugnari cœ-
 pit, eo magnitudinis processit,
 ut scalæ vices iam obeat, qua ad
 cogni-

cognitionem existentiaē Dei multo certissimam aditus præbetur, atque adscensus. Non est vel otii mei, vel consilii, analysin illam retexere, quam ex *principio* hoc uti nunc vocant, *rationis sufficientis*, arte pertexerunt miranda magni veritatum utiliorum vindices. Dispiciendum mihi potius, quid magis importet rebus. Vbi nihil sine ratione fit, ibi oportet omnia sint connexa; hoc est: eam inuicem relationem habere, ut vnum per alterum intelligi possit, vnum alterius coexistentiaē, aut successionis, sufficientem contineat rationem. Res, ex quibus sapiendum, nexusque eiusmodi demonstrandus, non ea tantum voco, quæ extra nos, nostramque rationem sunt; sed & ipsam hanc, singulaque nostra cogitata, ac facta. Etiam hic apud antiquos, de tali, inter res, societatis

tis

tis vinculo, emicantes quosdam
 veritatis radios cernere licet.
 Quem fugit *Pythagoreorum* har-
 monica mundi proportio? Ad
 quam etiam virtutes omnes refe-
 rebant. Nec hodie quidquam tri-
 tius est hoc ipsorum scito: *omnia*
numero, pondere, atque mensura con-
ditae esse. Quod philosophice sic
 iam efferres: rebus finitis omni-
 bus vim agendi determinatam es-
 se inditam, cui effectus, quos pro-
 ducunt, semper respondent. No-
 tum quoque satis *Francisci Gorg.*
Veneti tentamen hoc in momento.
 Et quid attinet alios naturæ inter-
 pretes, meditationi harmoniæ,
 aut nexus, intentos adduxisse?
 Cum eos ita amplecti neminem
 deceat, ut in illorum conatibus
 terminum sibi cognitionis statuatur.
Quin potius incumbit omnibus,
de vera rerum, & veritatum, ex
ipsa naturæ consideratione eruenda
 da

da notitia sollicitos esse; omnia ex
respectu ad veram felicitatem, di-
stinate id sapientia, metiendo.

§. II.

Pandendus itaque, diuinis au-
 spiciis, magnus *Nature liber*,
 in cuius foliis, rebus puta, innu-
 meris numero, veritates, tantum
 non omnes, diuina inscripsit sapi-
 entia. Nullæ hic scopæ dissolutæ:
 nulla concordia discors: nexu, & „
 usu, pulchre cohærent omnia. „
 Requiris tu omnium *in existendo*
veritatem. Attende modo ad sen-
 tum, recte adfectorum, certitu-
 dinem, ad cogitationem tuam;
 & rationes suppeditabunt exce-
 ptione omni maiores, quicquid
 ogganniat *thealistarum* vesana co-
 hors, apicem in *Egoism* consecu-
 ta. *Veritatem essencie, sine in essen-*
do, rerum desideras. Ecquis,
 concessa existentia, de ea dubi-
 tauerit vnquam? Bene enim con-
 cludi

cluditur: vbi rei existentia datur, datur etiam rei essentia, in qua fundamentum eorum, quæ rei insunt, vel adsunt, positum est. quod verba argumentandi ratione non procedit. Seiuncta autem actuali existentia, primus essentiæ conceptus in *possibilitate* inuenitur, quæ modum continet, quo ens possibile esse intelligitur. Hoc cognito atque perspecto, rei cuiusvis non solum essentia, in specie, sed etiam diuersitas ab aliis, determinari exacte potest. At enim vero hanc, *a priori*, cognitionem sibi polliceri, quis nostrum audet? Frustra, frustra in eo nostra se torquerent cerebella. Ad ipsum enim pertinet vniuersi huius architectum; cuius infinitum intellectum, in schemate possibilem, siue veritarum omnium, consistentem, *ἡρώων ἰδεών* diuine adpellat Plato. Quanta tamen

9
enique hic nobis se obicit difficultas, quantacunque nostri intellectus imbecillitas est, non omnino frustra operam impendimus essentialium investigationi, si a posteriori instituat; hoc est: ex affectionibus, ex modis & accidentibus rerum, sensibus obuiis, intimam earum essentiam, vires, ac potentias, eruere si conemur. Quae quidem opera multa cognoscuntur, quae rerum essentias saltem ingrediuntur, si plene non exhauriant. Quicquid enim aut obseruando, aut experiendo, in rebus actu videmus, necesse est, in ipsis potentiam sibi respondentem habeat, a qua producat; cui etiam sit homogeneum. Facessant hinc, qui *casus* loquuntur *puros*, siue actualitates sufficienti destitutas ratione. Immo Anticyram nauigent, ad purgandum cerebrum helleboro, quo ipsi experi-

perientia discant vertiginem suam non sine causa, vires ad productionem effectus actu adplicante, sanari potuisse.

§. III.

Optimus autem, si quid video, naturæ delicias, sub cortice externorum accidētium latentes, adsequendi modus est, vt *finis rerum* sedulo scrutemur. Quo spectat illud perspicaciorum ab Aristotelis disciplina, formam *substantialem, siue essentialem esse, quæ habet naturam finis*; quod perinde est, ac si dicas, quæ ad eum necessaria est. Consiliis Dei arcanis nos haud immiscemus, quæ est quorundam cautio, si de finibus rerum loquamur. Omnia enim, ratione sapientissima, ad finem verum, bonumque, facta sunt. Generalis, & vltimus finis, in quo, ceu in centro, omnes alii concurrere debent, est *diuina glo-*

gloria. Nec facile reperitur, a *Poireto* & *Dippelio* si discesseris, qui negauerit Deum rerum creatione suam respexisse gloriam. Specialiores autem rerum singularum fines, qui huic subordinati sunt, *usus* indicat & *fructus*, quem sibi mutuo præbent. Hinc recte iudicat quidam, nascente gloria spectabilis; eas res, quibus usum aliæ præstant, sufficientem existentiam harum rationem in sese continere, seu fines harum, a parte Dei, esse. Hisce; vero exploratis, metam quasi rerum tenemus, nec magis adeo erit difficile, essentialem earum dispositionem, qua ad hanc feruntur, inuenire. Magno hæ nobis veritates pretio stabunt, vnde per causarum efficientium, atque finalium, seriem, omnia in mundo

Conf. Poiret. Cog. Rati. l. 3. c. 15.
Dipp. vera demonst. Evang. c. 1.

do, stupendo diuinæ sapientiæ opere, connecti, & se inuicem, iusta, & non intermissa, consecutione, excipere videmus. Idque conuenienter voluntati Numinis Iupremi, in legibus naturæ expressæ. Hæ leges, pro rerum varietate, variæ sunt. Cum autem res omnes in duos quasi ramos, ex immensitate, diffundi videas, in *corpora* & *Spiritus*, leges etiam naturæ ita scindi possunt, vt *mechanica*, & *physica*, sint, quæ corpora spectant, quæ *Spiritus*, *logica*, & *morales*. Atque hinc vniuersale *Leibnitii* ingenium duo, in mundo naturali, regna, inter se harmonica, sibi effinxit. In altero *Spiritus* agunt secundum leges causarum finalium, per adpetitiones, fines, & media; in altero corpora, secundum leges causarum efficientium s. motuum.

§. IV.

Tantum, pro instituti ratione,
 dixisse sufficiat de rerum in
 existendo, iuxta ac essendo veri-
 tate. Vnde totius vniuersi veri-
 tas, vti vocant, *transcendentalis*
 pendet, quatenus ordinem deno-
 tat in veritate eorum, quæ simul
 sunt, ac se inuicem consequuntur.
 Quod si iam ad hominem, micro-
 cosmum in macrocosmo, specia-
 lius considerandum animum con-
 uerto, qui ex nexu rerum, in
 quo & ipse locum habet, nexum
 veritatum euoluere, atque per-
 spicere, debet, sufficiens, credo,
 operæ meæ pretium feram. Hunc
 enim natura sua partim ad spiri-
 tualia, & superiora, partim ad
 corporea, accendentem, admi-
 ratorem rerum, & contemplato-
 rem, esse voluit procreator, vt in-
 terueniente earum cognitione, ad
 veram ipsius, officiorumque, o-
 mni-

minibus, & singulis, præstando-
 rum, cognitionem perueniret. Il-
 lud autem etiam atque etiam mo-
 neo, Naturam, vnde ista hauri-
 enda, non hic sumi, quatenus
 corrupta ac deprauata esse cense-
 tur. Quomodo eam, respectu
 hominum, doctrinæ iuris Natu-
 ralis fundamenti loco substernit
Pufendorf. Nec tamen, cum aliis,
 ultra peram philosophari animo
 sedet, eam, qualis in statu para-
 diſiaco fuit, considerantibus. In-
 uolunt enim isti status accessori-
 as, siue accidentales rerum con-
 ditiones. Sed intelligo naturam
 bonam, atque perfectam, hoc est,
 vt §. III. demonstratum, ex iis
 constantem, quæ ad fines eius fa-
 ciunt; vnde intentio Dei cognosci-
 tur, ad quam se ipsum accom-
 modare homo tenetur. *Ista e-*
nim, quod inquit Cicero, duce,
errari nullo modo potest. Quamdiu
 autem

autem veritates in natura, ceu
 metalla in matrice puri sulphuris,
 margaritæ in concharum clau-
 stris, conditæ iacent, *implicitæ* vo-
 cari possunt; *explicitæ* autem, dum
 intellectus opera, inde eruuntur,
 verbisque, humana excogitatis
 industria, exprimuntur. Atque
 id experientia primum duce fieri
 cœpit, cum operationes varii ge-
 neris, & singulares casus, in na-
 tura, aut intra se, aut extra se,
 obseruarunt homines. Hanc pri-
 mam veritatum *cognitionem hi-
 storicam & vulgarem* merito dixe-
 ris. Quæ tamen fundamentum
 est sapientiæ omnis, suamque
 sensibus euidentiâ debet acce-
 ptam. Quod si iudicio naturæ
 insistere profundiore pergis, ex
 phænomenis, rerum rationes in-
 teriores sigillatim indagando, in-
 deque, abstractione, ideas vni-
 uersales, ac eruditas veritates,

formando, *scientifica* demum siue *philosophica* conficitur *cognitio*, Cuius certitudo in genuina idearum relatione fundatur. Addit tamen huic ultimum, ut ita dicam, eidentia gradum *Mathematica* naturæ consideratio, dum caussarum etiam vires, & effectuum quantitates, curate metiuntur, omnia ad numeros quasi, & mensuras, reuocantur.

§. V.

Subsistat hic mens, profundæ vnus meditationis impatiens, expendat secum, *pauca nosse quam sit miserum; miserrimum autem ne ea quidem ita nosse, ut nos non errare certo sciamus.* Quis igitur felicem non diiudicet eum, qui de veritatibus, quas ratione adsequi datur, modo §. IV. indicato, conuictus est? Stat enim ille, ut altissimis defixa radicibus rupes, cuius summa dubitationum fluctus non at-

tin.

tingunt; infima sic verberant, non
vt eam commoueant, sed vt ipsi
frangantur. Quod contra accidit
 illis, qui aliquantulæ cognitionis
 amplitudini magis, quam profun-
 ditati, indeque pendulæ ad sensus
 firmitati, intenti, turgidis sæpe
 velis rapiuntur in partes *Pyrrhoni-*
orum; aut fidem, diuinamque cum
Huetio illuminationem, in rebus
excultæ rationi peruiis, præpo-
stere exposcunt. Sed e diuerticulo
 in viam redeo. Cum veritates
 philosophicæ singulatim, & sine
 ordine, primum inueniantur, in-
tentionis acies eo dirigenda porro
est, vt nexu inter se systematico
conjugantur, relatione vnus ad
alteram, quod fundamentum o-
mnis nexus est, (conf §. I) rite
ostensa. Vt igitur ex complexu
 veritatum omnium solidum eru-
 ditionis corpus naturali exsurgat
 pulchritudine, duo in primis ani-

mo voluenda haud leuiter sunt; *obiectum* nimirum *materiale* atque *formale*. Illud diuersas, pro rerum, in quibus versamur diuersitate, eruditionis partes, seu disciplinas, constituendi verum complectitur fundamentum; veram vnus cuiusque partis ac disciplinæ naturam & definitionem patefacit: verum denique ordinem, disciplinæ tractandæ, illiusque cum cæteris combinationi vnice commodatum, subministrat. *Hoc* ea includit, quæ extrinsecus quasi accedunt, artisque proprie sunt. Hæc enim sine anomalia, recta cum ratione agēs, accidentalem quandam formam veritatibus introducit. Vnde loquendi modus: *sub formam artis redigere*. Quod ipsum maxime ex hac regula instituendum, *Ars naturam imitabitur*.

Quibus præstructis, rationes meas ita subduco, vt ad obiectum
formale

formale referam, quæ iustæ pæ-
diæ nomine veniunt, & sagax vi-
rorum prouidentia dedit, ad eru-
ditionis iter ingrediendum, & con-
summandum feliciter. Quæ au-
tem de essentia quasi eruditionis
sunt, materiale constituunt obie-
ctum, inque tot speciales partes
diuidi possunt, quot dantur obie-
cta specialiora, a se inuicem se-
parata.

§. VI.

OMnes autem eas partes, in
quibus exponendis hæcte-
nus desudarunt Philosophi, nihil
attinet hic recensere. Illud in
genere obseruo, speciales eius-
modi disciplinas, ita, natura i-
psa duce, iubente ratione, col-
locandas esse, vt præcedant sem-
per, quæ aliis principia suppe-
ditant, siue per quas sequentes
aut intelliguntur, aut quomodo-
cunque demonstrantur. Cuius-
modi

modi concatenatæ seriei fundamentum in disciplinis est nexus existentium in vniverſo, quod ſupra iam inculcatum. Neque enim alia repræſentare debent, quam quæ in rebus ipſis inveniuntur. Cumque ſic diſciplinæ, cognationis nexu deuinctæ, communes quæſdam proprietates habeant, quas ſibi per amicas vi-ces mutuo impertiunt, variis emblematicis, modo ſub corporis imagine, modo ſub figura catenæ, modo arboris, oculis id ſubiicere voluerunt Viri, fauente minerua, in earum penetralia admiſſi. Quodnam autem hic caput, ſupremus annulus, radix, ſit, nondum inter ipſos conuenire potuit. Loquor de primo & vniuerſali cognitionis principio, quod rationem veritatum omnium in ſe continet, vt inde deriuari, certoque demonſtrari, poſſiat. De quo plures diuerſæ
cum

cum reperiantur sententiæ, frustra id omnino quæri nonnulli crediderunt. At, quæso, quam male? Quis ad certum vnquam perueniret tali destitutus principio? In infinitum enim probationes forent extendendæ. Cum autem in rerum causis progressus in infinitum non detur, in cognoscendi principiis talem dari, nemo dixerit, nisi noctis ac obliuionis alumnus, dignus, qui tenebris nutriatur & ignorantia. Non multus ero in recensendis variis variorum ingeniorum hic decretis. A vero absunt, qui, cum *Lehmanno*, res ipsas pro cognoscendi principio agnoscunt. Eæ enim obiectum constituunt, quod cognoscendum; Ratio ipsa, quod *Buddeo* videtur, c. 1. §. 6. ph. instr. eiusmodi principii nomine insigniri non potest, cum sit cognoscens, siue subiectum, quod rem cognoscit. Tertium igitur

opore

oportet detur, quod huic cognoscenti rerum cognoscendarum veritatem primum insinuat, quodque, ob suam euidentiam, conatam nobis intelligendi facultatem ad adsensum sponte determinat. Conueniamus iam ens illud, quod in nobis sibi sui, & aliarum rerum extra nos, conscius est; animam, inquam, quæ suas facultates cogitando atque intelligendo ostendit: neque inueniemus facile, eam aliquid sibi repræsentare posse, nisi sentiret, neque sentire, nisi organa sensuum homo haberet. *An sensus tantum occasionem animæ subministrant, id producendi, quod in essentia eius ante delitescit, nunc non disputo.* Sufficiat indicasse, eos velut nuncios rerum esse, primos ad veritatem duces esse. Quod vel ex principio sufficientis rationis abunde probari potest.

§. VII.

EX dictis, credo, quilibet, qui
 ea alati instar Mercurii non
 transuolauit, manu quasi com-
 prehendere potest, quodnam
 primum veritatis principium sit.
 Ego generali huic propositioni
 meum addo calculum: *Quicquid*
sensibus congruit verum; quicquid
non congruit falsum est. Adter a-
 nimum sedatum, vacuum a præ-
 iudiciis *Cartesianorum*, qui sensibus,
 debita etiam constitutis ratione,
 fidem denegant. Adplica, quæ-
 cunque sunt, principii requisita,
 omnia exacte nostro competere
 deprehendes. Hæres, vt qui
 calculum decantatissimo illi ha-
 ctenus adiecisti: *impossibile est idem*
simul esse, & non esse. Dicam,
 quod sentio: ista propositio ad-
 fectio veritatum omnium, siue
 conclusionum ex primo princi-
 pio deductarum, necessaria esse
 potest,

potest, ipsum principium esse non
 potest. Atque, incommoditatem
 ne vrgeam, quam voces huius
 per se minus evidentes, nonnul-
 lis crearunt, lucem suam a no-
 stro principio omnem fere mu-
 tuatur. Sed porro id etiam at-
 que etiam cum animo considera;
 principium nostrum sufficientem
 veritatum aliarum rationem aut
immediate, aut *mediate*, in se con-
 tinere. *Immediate*, ubi res ipsos
 adtingunt sensus, ex quibus pro-
 positiones abstrahuntur. *Medi-
 ate*, ubi plures sensationes, rerum-
 que circumstantiæ vltiores no-
 bis pandunt veritates. Hisce per-
 spicuitatem addet legitima veri-
 tatum quorundam generaliorum,
 ceu conclusionum, ex principio
 nostro deductio. *Quicquid sensu-
 bus congruit verum; quicquid non
 congruit falsum est. E. res in mun-
 do vere existunt. E. mundus, ut*
 cir-

circumstantiæ loquuntur, est contingens. E. a se ipso esse nequit. E. datur causa eius prima. E. hæc perfectiones habere debet omnes. E. Ens hoc etiam sapiens est atque bonum. E. sapienter omnia ad bonos fines creavit. E. hominem quoque ad veram felicitatem. E. hanc homo sedulo quærere debet. Sic ulterius ratiocinando progredi facile potest perspicax veri rectique indagator. Et ex hisce iterum, velut principiis, alias veritates continuo deriuare nexu. In adductis enim primæ q. lineæ disciplinarum omnium iam latent, quæ ad felicitatem tum animæ, tum corporis, tum externi nostri status, manuducunt. Atq; hic complexus principiorum, propter manifestum cum primo nexum, eidentissimorum, *sana* sanioribus Philosophis dicitur *ratio*. Quæ
obic-

obiectiua eius acceptio est, qua-
 tenus extra hominem in rationa-
 libus consistit veritatibus. Dum
 autem habitum in homine deno-
 tat nexum eiusmodi veritatum ri-
 te perspiciendi, seu, vt Cicero in
 eundem sensum, *causas rerum, e-
 arumque progressus, & quasi anteces-
 siones cognoscendi; subiectiue* in scho-
 lis sumitur. Quo respectu apud
 eos solum inuenitur, qui natura-
 lem intelligendi potentiam magno
 studio atque industria perfece-
 runt. Quoniam autem maxime
 rarum genus est eorum, in pluri-
 mis, qui etiam vulgo eruditi salu-
 tantur, præclare agi credas, si
 sunt, vt leuissime dicam, simula-
 chra rationis.

§. VIII.

Nondum nexum meum absolui:
 catenam per suas compages
 nondum ita iunxi, vt collo eam
 philosophi, hoc est, veri bonique
 possessio-

possessoris, ceu *καίτοι λίσσ* multo pre-
 tiosissimum circumdare possem
 Pia multa adhuc supersunt desi-
 deria. Optime sane a magno Ba-
cone de Verulamio symboli fere vice
 usurpatum, & ab illustri viro
Ludewiga comprobatum est: phi-
losophiam obiter libatam, a Deo ab-
ducere; penitus haustam, reducere ad
eundem. Ad diuina omnia cereis
 sensuum alis, abusu rationis infla-
 tis, euolare nunquam contendo
 Dolenter id potius deploro, dari
 eiusmodi, inter nos, gloriæ pro-
 cos, qui, sanctissimi Numinis
 contemptu, eius incomprehensibi-
 lia, non solum quoad rem, sed
 etiam modum, definire audent,
 τὸ philosophari, quantum ad res
 creatas, scientiam paret; quan-
 tum ad Deum, admirationem ma-
 xime, maxime gloriæ illius, &
 intra, & extra nos, amplificatio-
 nem. Hæc suprema lex, hæc li-
 nea

*fropium
regulam
Ab 60 qv
wv!*

nea speculationum, immo actio-
num omnium esto. Et hinc nexui
rerum ac veritatum noua additur
perfectio, dum, quemadmodum
rationes omnes rerum finales ad
manifestationem perfectionum di-
uinarum tendunt, sic etiam ho-
minum actiones, non minus li-
beræ, quam naturales, per simi-
les rationes finales determinan-
tur. In eiusmodi enim consensu,
atque ordine suauissimo, vniuer-
si consistit perfectio, vt rationes
eorum, quæ fiunt, in generalem
quandam, communemque tan-
dem resoluantur. Vnde simul effi-
citur, vt quicquid peccetur, per-
turbatione peccatur huius ordinis at-
que rationis, peccatique in pecca-
to prima pœna sit, quam secun-
dæ pœnæ mox premunt ac se-
quuntur. Non tamen hæc ea
sunt, quæ nexum dissoluant re-
rum; licet causæ effectus, inten-
tioni

tioni Dei inconuenientes, edant, //
 eoque ipsius opus, quantum in //
 se, deforment. Homo autem //
 tales lapsus euitaturus, mentis //
 aciem, indefesso studio, eo ele- //
 uabit, vt, ex distinctis obiecto- //
rum notionibus, bonum semper //
a malo discernendo, hunc, in a- //
ctionum suarum directione, ne- //
xum seruare possit, vt omnium //
fines media sint ad finem ylti- //
imum ducentia. Quo ipso, cum //
 gloriam Dei, suamque, aliorum- //
 que, perfectionem, siue felicitate- //
 tem, procuret, suos conatus, sua //
 studia, per voluntatem Dei, per //
 adtributa, & opera, determinan- //
 do, pietate eum philosophica in- //
 structissimum esse, vere dici pot- //
 est. *Nihil* enim tum *facit*, Chi- //
 nensium scito, cuius nolit conscium //
calum. Hic Herculis columnæ ra- //
 tionis occurrunt. subsisto; & vt //
 ductæ, ceu ex centro, lineæ in //
 centrum,

centrum suum redeant, alta mē-
te, altiore pectore repeto

*Duc me, nec sine me sine TE, Deus O-
ptime duci!*

*Nam duce me pereco; TE Duce sal-
uus ero.*



Clarissimo Philosophiae Candidato
Dn. LAUR. SEEBACH.

Dum nexum veri soluit Tua docta
Minerva;
Sertum Lauricomum nechet Apollo
Tibi.

Accinerem latus, cantusque ter edere
dulces

Vellem, si possem Pindarico ore loqui.
At pudibunda subit mea musa, & su-
stinet agere,
Vultum Magnorum? conscia, crede,
sui.

Hoc tamen esse putat; quo non vel
asymbolos exstet;

Scilicet ut cippus iunctus amicitiae
Glutine figatur testis nos inter utrum-
que?

In vota est animus voluier ergo
meus.

Tu iuga iam pergas Heliconis, Amice,
quod opto,
Scandere ter felix, ominibusque bo-
nis,

Inlyta cui nitidas fecit sapientia per-
tas,

Cultoresque sui maectat honore gra-
ui.

Panditur ecce iterum virtuti clara pa-
lestira &

Laurea par meritis cuique corona
datur.

Ornet, Amice, bonis totidem Te Diuus
Apollo.

Quot Tua quot foliis Delphica ferta
virent!

Vhloæ die XXIV. Aprilis

CLIOCCCXXXV.

In tesseram amoris misit
Andreas Vhlstedt.

Lå Philosophiæ Candidaten,
Höglårde

Herre LAURENT. GREENBÄCK,
Pro gradu Magisterii
med beröm disputerade.

Ä Sannina all nått led från led
Förknippad är, som i en Kied;

Och os til Gud han leder.

Ut alt ut thenna källan går,

Och

och åter tker sin ända får,
Som är Guds lof och heder.

Allt all oordning, lösn, och flård,
Må wika bort utur wår wård,
Then Stora, och then Lilla:
Samt Dygd och Sanning sammanbo,
och alt i dörbart nöie gro,
Så ingen lefwer illa.

Allt thetta, iämte annat mer,
Med flit, och snille, utaf Er,
Min Bror, här blir bestrifwit.
Man finner, at I wål anlaat,
och dubbelt äcker re'n inbrachte,
Med Pundet Gud Er gifwit.

En är Er dygd sin egen lön;
Mit lof och rees är bara dån:
Sag wil ock themed tiao.
och önskar, at I hinna må
Lhet m'it, som Sanning kostar på,
och Dygden bör tilstiga!

I skyldig wälmening yttrat
af
Thomas G. Arenius.

כמו מכלל הכל בחכמת
הרצבות טובות: כן הוד והוד
הקשט בהביך אמת אל אמר
וזו תכלית תושיה וזאת
עטרות יסורנו ברור אתה אחי
אהבת הקשט למען והיה שכו
יפה לא ולותך וללקחך יהי בעם
יהיה אלהינו עליך ויבוכ אר
מעשה יריך לטהלל שמו ולחדות
ביתך

*Prolixiori animo, quam calamo
gratulari voluit*

Mart. Arenius.

Καὶ μὴν δὴ θαυμασέον, ὅτι πάντα τὰ
 τῆς κόσμου ὁ Θεὸς φιλοτέχνως ἤ-
 φεν, εἰς τὸ εἶναι τῆς τελειότητος αὐτῆς καὶ
 τοπικῶν τὸ ἐξηρισμείον. Μακάριοι οὖν εἰ
 αὐτῶ τὴν ἀγαθότητῃ τῆς Θεῆ κατασκο-
 πήσας, καὶ τὴν αὐτῆς τελειότητῃ, ἵνα αὐτῆ
 ἐρωσιν. Αὐτὴ δὲ τῶν πραγμάτων συμ-
 πλοκὴ ἐκείνη, ἣ εἰς τὴν δόξαν τῆς Θεῆ στρα-
 βύνεται, πίστις τῆς ἀληθείας ὡσεὶ μήτηρ
 καὶ γενέτειρά ἐστι. Τί δὲ δεῖ ὡς τῶν
 πλείων εἰπεῖν; ὀηλοῖ, οἰμαι, διατριβή
 Σχ, συφ. ν δὴ ἔργον, ὦ φίλτατέ τε καὶ
 ἡδίστε ΣΤΕΝΒΗΚ. Εγώ γε δὴ κἀκεῖ ἐπὶ
 τῆ ἀφορμῇ, καὶ εὐδαιμονίαν σοὶ καὶ
 παιτῶ καλὰ αὐτοσχεδίασὶ εὐχόμεαι, ἵνα
 τὸ εἶδεν τῆτο τῆς ἀληθείας δραμῶν,
 τὸν Θεὸν ποτε εἶναι χάρῳ τῶν ἀληθευόντων,
 ἰστορήσῃς. Ἐρρώσο.

Abrahamus Frosterus.

